DE VERA MEDICINA VIRI CLARISSIMI ALEXANDRI A SUCHTEN PHILOSOPHIÆ & Medicinæ Doctoris ad Carolum Salisburgenſem Elegia.

Carminis argumentum quod incipit.
Ergo ſic periit Lumen Solare quod omnis.

MEDICANDI SCIENTIA qua Podalirius Machaon Apollo & Hippocrates claruerunt non ex Galeno Avicenna Meſue, cæteriſq; hujus farinę ſcriptoribus petenda eſt ſed ex Magia; quàm qui rectè perceperit, is demum curabit omnes qui curam præ morte admittunt ægritudines: habet autē Magia libros 3. 1. THEOLOGIAM 2. Medicinam & 3. Aſtronomiā. Unde MAGUS Trinitatem in unitate cognoſcit & veneratur, impertitq; poteſtatem quàm accepit à DEO miſeris mortalibus: Cæteri autem ſive Theologi ſive Aſtronomi ſive Medici qui operibus id quod ori profitentur non præſtant *Caco Magi & Pſeudo Prophetæ ſunt. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.*